

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XVII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

## CAPUT XVI.

## DE FALCONE.

**I**N Falcone tantum est robur, ut avem percussam à capite ad caudam usque dissecet. Drepanis avicula lacustris, ubi tintinnabuli sonitum audiverit, mault ab hominibus lapidibus obrui, quam se attolleret. Solet laborare mortbo quodam, quem Falconarii Finlandiam vocant. Est vero id quoddam genus verium non longe à renibus, juxta quos membranæ cuidam tenui & propriæ involuti sunt, inflat filii graciles, longitudine dimidii cubiti, fortasse à generationis primordio: nisi occuteris, principales partes exedunt & cor ipsum. *Gyrfalconum diversa sunt genera.* Albi reperiuntur in Moscovia, Norvegia, Hibernia. Audaces sunt. Si in quinque grues unus emittatur, tamdiu persequitur, donec singulas in terram dejecterit. Escam in caverna servatam, quodam seriei ordine sumit. Nunquam sese aqua abluit, sed sola arena. Frigore tanto pere gaudet, ut semper aut super glacie, aut algido gettiat stare lapide. Etiamnum rufus plerumque quinquaginta aureis vénit. *Falco Rubeus* sic dictus est, quia gutta in cæteris alba in hoc genere rubra & nigra sunt: non autem videntur esse, nisi cum alas explicat. Rubedinis causa, color debilis infasias in superficiem corporis & inflammans fumosum humidum, quod excernitur ad generationem pennarum.

## CAPUT XVII.

DE GALLINA  
& GALLO.

**G**allina in regno Senegæ triplo sunt majores nostris, multæ prope Thessalonicanam. In oppido Furch versus orientem albæ lana teatæ inveniuntur: in civitate Queliosu regni Mangi loco pennarum pilos habent. *M. Paulus. venet. l. 2. c. 68.* Parvunt quadam ova

eva gemina, id est geminis vitellis, qui ne confundentur septum fecit transversum. Refert Aris. in Mirabil. duodeviginti gemina peperisse quasdam, & exclusisse, factum unum altero fuisse minorem, in monstrum degenerasse tandem. Apud Macedones unam repertam, quæ duodeviginti femel ediderit, & incubit binos pullos simul excluderit, author est Pierius lib. 24. Hieroglyph. Ova autem & in illis & in avibus aliis primo superius ad septum transversum concipiuntur; ubi primo minutum & candidum cernitur, ut Aristotel. tradit, mox rubrum cruentumque, deinde increscens luteum & flavum efficiunt totum; jam amplius auctum discernitur, ita ut intus pars lutea sit, foris candida ambiat. Vbi perfectum est, absolvitur, atque exit putamine, dum paritur molli, sed protinus durescente. Locus perfectionis est ipse uterus, in quem decidunt. Aldrovand. lib. 14. Ornithol. Refertur autem à quibusdam Gallum etiam ovum patere nono aut decimo quarto aetatis anno. Id autem ex putrefacto intus feminine, aut humorum colluvie conflari existimant. Rotundum esse putatur, & sub canicula editum. Ab ambientis enim tum calore, expultrix languida, in alite decrepita juvatur. Apud Ferrantem Imperatum Pharmacopæum Neapolitanum oblongum visum est. Aldrov. Gallis ingens est salacitas. Nam quinquagies etiam uno die uxores ineunt, quin semen ad conspectum vél vocem gallinæ, emittere visi sunt. Elian. Lex quondam erat, teste Plutarcho in libro, Num bruta ratione careant, ut, si Gallus inivisset Gallum, vivus combureretur. Sanguinis ubi se gravari sentit copia, cristas tam diu scalpit, donec sanguinem elicuerit. Mane cantare omnibus notum. Causam alii in amicitiam cum sydere, alii in salacitatem, in famem deniq; nonnulli referunt. Mahumetani ad vocem Galli in celo cantantis respondere, asserunt. Keckermi in Physicis. Prius aliquid videtur. Nam canit etiam satur, nec non à coitu. Canit & illa præsente. Castratus canere definit. Plin. vero l. 29. c. 4. circulo è sarmenis collo addito, non cantaturum promittit, Albertus capite & fron-

& fronte oleo inunctis. Cum Alcyone amicitiam sum-  
mam colit, ita ut si in eadem sint domo, & illa intereat,  
hic etiam inedia se interimat. Vulpium carnes  
coctas qui degustaverunt, per duos menses ab illorum  
cauti sunt infidiis. *Boëtius.* Quantum ad Gallum Gal-  
linaceum *Gesnerus ex* manuscripto Germanico se de-  
cerpsisse ait: Virum quendam nobilem in colicis affe-  
ctibus, post multa remedia frustra tentata, epoto tan-  
dem pinguedinis capi in aqua absque sale decocti cya-  
tho, sanitati restitutum esse. Oportet autem, inquit,  
pinguedinem juri innatantem bibere calidissimam.

## C A P U T . X V I I I .

### D E G R U E & G A L B U L A .

**G** Rues omnem terrarum peragunt orbem; in o-  
mni tamen sponte degere terra, vix crediderim,  
inquit *Aldrovandus l. 20.* Aspera ejus arteria utrinque  
inseritur in carnem, penitus ad os sternon. Vnde ex  
longinquo auditur. Migrant, sed haud observato tem-  
pore, quam autem celeriter exemplo Cyri patet, qui  
per intervalla locorum, tabellarios ita disposuisse le-  
gitur, ut fatigatis recentes, & nocturni diurnis succe-  
derent, quo volantes superarent grues. Inter volan-  
dum trianguli oxygenii constituunt formam, ut aërem  
adversum penetrrent facilius. Quæ agmen cogit cæ-  
ras, ut ait *Isidorus*, castigat, raucescenti succedit alia.  
Vbi in terram descenderint cibi gratia, dux in altum  
caput erigit in custodiam omnium, cæteræ securè pa-  
scuntur. Antequam quiescant, ducem rursus consti-  
tuunt, qui erecto collo provideat, tum cæteræ dot-  
miunt, capite sub alam condito, alternis insistentes  
pedibus. Dux agmen circuit, & si quid accidat, exclama-  
mat. Ne somno opprimantur, unico insistunt pede, al-  
tero sublimi lapillum continentis, ut si quando labore  
fatigatas somnus oppresserit, edito strepiu ex lapilli ex-  
pergiscantur casu. Magnus illis erga pullos amor est, ut  
pro educandis decertent. Vedit Albertus gruem matrem

de-

dijete feim  
di ruisib  
zum zblu  
mazene ge  
mazom co  
la fufedua  
nella poudre  
wicke fidus  
nican in eo s  
re, aidam  
foudre ex pi  
ni hyderis ex  
good le tudi  
Germano  
certa spes

D  
G Recal  
quia à  
tradanc,  
rum exi  
dere, que  
tere folien  
quod clari  
biles hinc  
cete naz  
strum digi  
volucres;  
vis, ade  
tie, redd  
his german  
cupientes